

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque  
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Pvnct. I. Præmittuntur aliqua notabilia pro clariori Bullæ Cœnæ Domini  
intelligentia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

## Disputatio III.

Bonac. disp. 3 de excommunic. q.3. num. 1. Layman. lib. 1. sum. trans. p. 2. cap. 3. in fine. & alij apud ipsos.

Quod formam absolutionis ab hac censura nulla est determinata; sed illi sufficit, quæ voluntatem absolucionis exprimit. Satisfactionem, seu cautionem iuratoriam praestare, aliquæ ceremonias adhibere etiam in foro externo necessarium non est. Vt si communis sententia docuerunt Sylvestri, verbo Absolutio n. 5. Sotus in 4. d. 22. quæst. 2. art. 1. vers. tertium ergo membrum. Hugolin. tab. 3. cap. 12. Sayrus lib. 2. de excommunicat. cap. 2. in fine. Suar. disp. 2. 4. sect. 4. ad finem. Filiculus tract. 13. cap. 7. q. 8. num. 14. 3. Bonac. disp. 2. de excommunicat. q. 4. in fine. & alij.

## DISPUTATIO III.

De excommunicationibus tam in corpore iuris, quam extra contentis.

X hac Disputatione præcedens Disputatio de excommunicatione lucidior erit. Varie sunt excommunicationes tam in corpore iuris, quam extra contenta. Sed quia inter eas præcipuum locum obtinent quæ feria, in Cena Domini promulgantur, quæque appellantur excommunicationes bullæ Cenæ Domini, ea de causa ab ipsis exordium sumimus.

Nota Lector! ea quæ tota ferè hac Disputatione dicentur, intelligenda esse pro locis, in quibus bullæ Cenæ vigorem habet, non autem pro regnis aut Proutiis vbi non est recepta. Neque enim Theologi est augere priuilegia Regnorum, nec ea immunitare.

### P V N C T V M . I.

Premittuntur aliqua notabilia, pro clariori bullæ Cenæ Domini intelligentia.

- 1 Aduersus quamque personam proferentur haec excommunicationes.
- 2 Ut firmatum habeant nihil amplius requiratur, quam earum authenticæ publicatio.
- 3 Durum quoque alijs bullæ processus expediantur.
- 4 Appellari possunt excommunicationes parum à iure, parim ab homine.
- 5 Haec excommunicationes non multiplicantur, ex eo quod à Pontifice in hac bullæ, vel in corpore iuris sunt inserita.
- 6 Si casus aliquis omittatur in noua bullæ, qui fuit in antiqua contentus ex ipso definit obligare.
- 7 Privilégia resocata in una bullæ, si in sequenti non reuocantur, de novo subsistunt.

Has excommunicationes ipso facto latæ summus Pontifices profert, & promulgat feria V. in Cena Domini, & ob hanc causam excommunicationes bullæ Cenæ sunt appellatae. Profert autem aduersus quamcunque personam fidem violenter præcepta ibidem contenta. Tum ut fides integrè seruitur, tum ut seruitur unio fidelium inter se cum Christo, cuiusque Vicario.

Vt autem prædictæ excommunicationes firmatatem habent nihil amplius requiratur, quam earum authenticæ publicatio: nam etsi processus contra determinatam personam fieri non possit ab illo illius citatione, vtporè cui us defensionis est concessum. Secùs vero præcessus seu constitutione, vel præcepto generaliter lato contra futurum delinquentem, quia a nemine eius efficaci impediti valit. Vt notaunt Sayr. lib. 3. thelauri casuum conscientia, vbi de particular. excommunicat. cap. 3. num. 4. Bonac. t. 3. de censur. q. 1. punct. 3. circa finem.

Duram vero prædictæ excommunicationes, quoque alijs bullæ processus expediantur, vt constat ex illis bullæ circa finem: Solentes nostris præcessus, ac omnia. Et quæcumque bñ litteris contenta, quoque alijs bñ modi processus à nobis, aut à Romano Pontifice pro tempore existente sicut, aut publicentur durare, sibi que effectus omnino fortior. Ex quo sit manifeste merito Pontifice ad has prædictas excommunicationes subfert.

Hic inter Doctores orta est controversia: An haec excommunicationes appellantur fini latæ à iure, vel ab homine? Nam Sylvestri, verbo Excommunicatione 7. num. 76. vers. trig. primo. Nauart. man. latino in explicat. bullæ Cenæ Domini n. 2. & cap. 2. 3. n. 2. Vinald. in explicat. bullæ, clausula volentes. Et. Salas de legib. disp. 1. sect. 9. num. 62. Bonacina alij referit t. 3. de censuris in particulari disp. 1. quæst. 1. pun. 5. num. 2. sententias censuras à iure appellari debere; eo quod moriuntur conditore non extinguntur, & ad perpetuam rei memoriam

Ferd. de Castro Sum. Mor. Par. VI.

## Punct. I. & II.

promulgantur, & in vi constitutionis. Contra Sotus in 4. d. 22. quæst. 2. art. 3. Tolet. lib. 1. sum. cap. 18. Beccan. tract. desider. cap. 1. quæst. 8. num. 6. Suar. disp. 2. 1. de censur. sect. 3. num. 2. & alij affirmant censuras ab homine latas appellandas esse, & quod pro tempore determinato ferantur, scilicet noui bullæ processus promulgantur, cessentque ea publicatione facta abque villa revocatione.

Sed quartu[m] est leuis momenti, & potius de nomine, quam de re, cum conferetur ob mortem Pontificis prædictas excommunications vim suam non amittere, cessare ramen absque villa revocatione ab eo punto, quo noui processus fuerint publicati. Placer tamen sententia Sayr. lib. 3. thelauri casuum conscientia, vbi de particularib. excommunicat. c. 1. num. 18. Reginaldi in præx. lib. 9. num. 2. o. prædictas excommunications neque esse propriæ à iure, clara non sint perpetuae exesse, sed absque villa revocatione cessant nouæ bullæ expeditæ, neque esse propriæ ab homine, cum mortuo conditoris non expirent. Sed eis meidas inter sententias à iure, & ab homine latas, & de virtutum natura participare. Neque obest latas eis ad perpetuam rel. memoriam, quia ea verba appropria sunt non ad concedandam bullæ sumitatem perpetuam, sed ad excitandam perpetuam illius memoriam. Minus obest vius vocis constitutionis, qua communis estrum sententias à iure, tum ab homine latas. Præterquam quod in principio bullæ haec constitutio processus analis appellatur.

Ad extremum duo aduertenda sunt. Primum has excommunications non multiplicari; eo quod à summo Pontifice in hac bullæ expediantur, sicutque in corpore iuris inseruntur, quia res præcepta diuersa non est, sed eadem, & sub codem fine, id est nullum est fundamentum, ex quo multiplicatio sumi possit, sicuti recte norunt Nauart. cap. ita quorundam de Iudeis notab. 11. in gloss. vti. num. 4. & 37. Suar. de censur. disp. 2. 1. sect. 1. n. 3. Reginald. lib. 9. præx. n. 2. 2. 8. ad finem. Bonac. t. 3. de censur. disp. 1. q. 1. punct. 5. n. 3.

Secundu[m] aduerte, si in noua bullæ expedita casus aliquis omittitur in antiqua bullæ contentus, eo ipso ex vi bullæ nullam inducit obligationem, illam tamen inducere, si in corpore iuris fuerit contentus; quia esse casum expressum, vel omisum in bullæ non variat iuris dispositionem. Vt docuerunt Nauart. dictio notab. 1. num. 2. 5. Sayrus de particul. excommunicat. lib. 3. cap. 2. n. 5. Reginald. lib. 9. præx. num. 2. 2. 8. Bonac. t. 3. disp. 1. q. 1. punct. 5. num. 4. Quod intellegendum est, quando etsi illud secunda bullæ vim suam obtinet, secus si revocatione efficit, quia flante revocatione ex vi bullæ robur accipere non potest, nisi dum in bullæ fuerit renovatus. Excepit autem Sayrus lib. 3. thelauri casuum, cap. 2. num. 5. Nisi etsi illud antiquum consuetudine abrogatum fuerit, nam haec abrogatio noua bullæ expeditione, in quo prædictum ius continetur cessat, & consuetudo iuri antiquo derogans interrupitur. Quia interruptione potius obligatio iuris antiqui succedit, tamen in expeditione noua bullæ ius illud fuerit omisum, sed haec exceptio difficultate non caret. Fatorum namque prædictam consuetudinem interrupi, eo tempore, quo bullæ obligatio durat. Sed quia haec interruptione non est sufficiens ad nouam consuetudinem introducendam, integreque antiquum derogandam; sed solum pro tempore, quo bullæ obligatio permanet; ea de causa ius antiquum consuetudine reuocatum sumitatem obtinere nullatenus potest.

Quod si aliqua priuilegia fuerint in bullæ reuocata, quantum reuocatio in subfrequenti bullæ omisla fuerit, eti Sayrus dictio cap. 2. num. 5. censeat valde probabile reuiscere, & robur accipere, ac si nonquaque fuerint reuocata, maximè si in iure communis dicta priuilegia fuerint inserta: opportunum existimat Bonac. disp. 1. de censur. in part. q. 1. punct. 5. num. 3. quia prædicta reuocatione illud priuilegium extinctum est, & priuilegium item extinctum non reuicitur ab illo noua illius concessionem. Quare etsi reuocatio efficit, quia non adest noua priuilegij concessionem, priuilegium denudò robur accipere non potest. Sed responderi à Sayro posset priuilegium illud reuocatione bullæ non esse ab solute extinctum, sed solum suspensum, dum reuocatio bullæ vim suam obtinet. Etenim priuilegium illud non alia ratione extinguitur, quam reuocatione, quæ in bullæ continetur. At reuocatio bullæ non est absolute, sed quousque noua bullæ expediatur. Ergo usque ad illud tempus priuilegium reuocat, illo vero tempore accedente reuocatio cessat, & priuilegium subsistit.

### P V N C T V M . II.

Expenditur excommunicatione in priori bullæ clausula contenta aduersus Haereticos, & Schismaticos.

- 1 Numerantur persona, aduersos quas summus Pontifex in hac clausula excommunicationem pronunciat;
- 2 Qui sint heretici in hac clausula excommunicationis;

B 2 3 Affix